terram incultam, ubi est cerredallum, designata loca ibidem fine[a] publica Vercellensium usque in Sturam et fine[a] Tabla, quam eidem monasterio Odo filius Tagiperti his diebus concesserat usque finem Rivosicco, sicut ex nostra praeceptione ad eumdem religiosum locum Garimundi illustris viri [stratarii] nostri[b] Fuxione uualdeman[c] tradere fecit, quatenus deinceps omnis sancta illa congregatio, quae in utrisque praelibatis vestris ecclesiis nuper est aut erit, ea ipsa, quae superius nostra confirmavit et corroboravit potestas, indeminute atque inconcusse[d] omnia et in omnibus valeat futuris possidere et perfrui temporibus*); [et][e] damus omnibus comitibus, gastaldiis nostrisque agentibus in mandatis, ut nullus eorum contra praesentem securitatis[f] seu firmitatis nostrae paginam in aliquo audeat[g] ire quandoque[h], sed omni in tempore firma[i] et stabilis maneat.**)

Ex dicto domni regis per suprascriptum Garimundum stratarium[k] scripsi ego Tasilo[l] notarius.

Dato[m] Ticino in palatio nona die mensis octobris anno felicissimi regni nostri septimo per indictione quinta feliciter.

*) *folgt interpoliert* veluti pro regni nostri fastigio et statu totius felicissimae gentis nostrae Langobardorum die noctuque a nullo praepediti dignas Deo laudes, ut condecet, possint incessabiliter decantare (*wenn das Kirchengebet sich auch in Tr. 246, 297, 352 findet, so doch am Schluß der Conclusio und in ganz abweichender Form*). His praelibatis . . .

**) *folgt interpoliert* et inconcussa[d] servetur. Si quis vero— praecipimus, *Pönformel und Corroboratio mit Siegelankündigung, s. Chroust S. 83f., 81f., 86f.*

---

a) sine *Tr.* b) G. ill. viri nr. fuxione *P.*, G. ill. viri nostra iussione *Tr.* c) uualde mantradere fuit *P.*, valde mantradere *Tr.* d) inconvuls. *P.* e) *fehlt Dr., von mir ergänzt, s. o. S. 4.* f) serenitatis *Dr.* g) *so P.*, audent *Tr.* h) quandocumque *Tr.* i) fixa *Dr.* k) *fehlt Durandi, von P. Tr. eingefügt, wohl nach der Überlieferung.* l) Tassillo *Tr.* m) Datum *P.*